



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Questio octaua. Vtrum baptismus flaminis & sanguinis suppleat vicem  
baptismi aquæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

**Lib. IIII. Distinctio. IIII.**

ad primum quod non est simile de parvulis parentum fideliū, & parentum infidelium: quia potestas partis fidei super filium subiaceat potestate publice, seculari, & ecclesiastica: & ideo si pater abutatur potestate sua quā habet circa curam pueri potest iuste priuari paterna potestate & cura pueri committi alii, qui non exhiberet se tanquam patrem, sed tanquam hostem: & sic est de patre fidelis, qui nollet filium suum baptizari, propter quod cura pueri potest iuste sibi auferri, & alteri committi, de cuius voluntate puer baptizetur, sicut de iure ciuii auferenda est patri filia quam vellet profiteretur, & filius quem vellet docere malos mores, puta quod est adulterandum vel furandum. Pater autem infidelis & liber non abutitur patri potestate si teneat filium parvulum in situ quem ipsemet seruat, de quo non potest per rationem conuinici, quod sit ritus illicitus: & ideo nō potest licite propter hoc sibi auferri cura filii, & alii committi de cuius voluntate baptizetur, propter quod filius parentis fidelis, potest licite in situ patre baptizari, & suscipit verum sacramentum, non autem filius parentis infidelis.

15 Ad secundum dicendum q̄ parvuli occisi pro Christo etiam inuitis parentibus, sicut fuerunt innocentes fuerunt saluati, & nunc etiam saluaretur parvulus, vt pie creditur, si occideretur in odium Christi. Et istud non est ex proprio merito, quia nullum est in parvulo, nec ex natura facit, nec ex opere operato, cum martyrum non sit sacramentum, sed ex abundanti pietate Dei, ideo ibi non requiriunt voluntas propria, vel aliena, sicut requiriunt in baptismo fluminis, quod est sacramentum.

**QVÆSTIO OCTAVA.**

Vtrum baptismus flaminis & sanguinis supplet vicem baptismi aquæ.

*Tho. 3. q. 66. art. 11. c. 12.*

**P**oste quæritur vtrum baptismus flaminis & sanguinis supplet vicem baptismi aquæ. Et videtur q̄ non. Primo de baptismis flaminis, quia si suppleret vicem baptismi tunc iustificatus per fidem & contritionem nō esset baptizandus, consequens est fallsum, vt patet ex precepto Iohannis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. ergo & antecedens.

2 Item si fides propria, & deuotio sufficeret ad salutem adulto sine baptismis aquæ, eadem ratione, vt videtur sufficeret etiam parvulo ad salutem fides & deuotio aliena, quia sicut in adulcis requiritur fides propria, ita in parvulis sufficit aliena, sed parvuli non possunt iustificari per fidem alienam sine sacramento, ergo nec adulti per fidem propriam, & tamen iste vocatur baptismus flaminis, quare &c. Minor probatur per illud quod dicit Augustinus libro de fide, ad Petrum. Et recitatur de consec. distin. 4. firmissimè tene parvulos qui vel in vteris matrarium vivere incipiunt & ibi moriuntur, vel de matribus natu sine sacramento baptisini de hoc seculo transferunt æternum suppicio puniendo.

3 Item probatur de baptismis sanguinis quod nō supplet vicem baptismi fluminis, quia maioris efficacia est virtus passionis Christi quā sit charitas sufficiens martyrum pro Christo, sed baptismus aquæ habet virtutem ex passione Christi, ut haberet Rom. 4. vbi dicitur: Conserpiti enim furnas cum illo per baptismum in mortem, martyrum vero ex charitate suscipiētis, sicut dicit Apost. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardorem, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, ergo videatur quod efficacia martyrii non attingit ad efficaciam baptismi, & ita non perfectè supplet vicem eius.

4 IN contrarium est quod dicit Aug. lib. 4. de baptismis. Et recitatur de consec. distin. 4. baptismi vicem ali quando suppleret passionem, de latrone illo baptizato cui dictum est. Hodie mecum eris in paradiſo: beatus Cyprianus non leue documentum assumit, quod etiam atque etiam considerans non tantum passionem pro nomine Christi suscepimus id quod baptismino debeat posse supplerre, sed etiam fidem & conuercionem cordis, si forte ad esse lebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurrere non potest.

5 **R E S P O N S I O.** Tria sunt videnda. Primum est

**Quæstio VIII.**

de distinctione baptismi. Secundum de comparatione eorum. Tertiò ex his apparebit propositum.

6 **Q V A N T U M** ad primum scendum est quod loquendo propriè & simpliciter de baptismis solū est unus baptismus qui fit in aqua cum determinata forma verborum, & est sacramentum de quo dicit Apostolus Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, vnu baptisma. Si vero aliiquid aliud dicatur baptismus hoc non est propriè & simpliciter, sed per attributionem, sicut vrina, medicina, dieta dicuntur sana per attributionem ad sanitatem animalis: quia vrina est signum sanitatis, medicina causa efficiens, dieta causa conseruans: & per hunc modum aliiquid dicitur baptismus, quia signum est veri baptismi, & sic diluvium dicitur baptismus propter salvationem in diluvium, & submersionem malorum per diluvium factam, quae significat abolitionem vitiorum & liberationem à potestate diabolorum quæ verè fit in baptismo. Propter eandem rationem submersio Ägyptiorum in mari rubro, & liberatio populi Dei, baptismus dicitur ab Apostolo. 1. Cor. 10. vbi dicitur: Patres nostri omnes in Moysi baptizati sunt in nube & in mari, similiter quadam ablutiones ver. le. baptisata hoc modo dici possunt, vt aqua iustificationis, & quedam similitudine dicitur enim aliquis baptismus, quia est dispositio preparans ad baptismum nostrum: vt baptismus Ioani. Et de istis raro loquuntur doctores præter Damascenū, qui cum his quæ dicta sunt & dicuntur assignant novum genera baptismatum. Alio modo dicitur aliiquid baptismus secundum proportionem ad effectum veri baptismi, & sic baptismus penitentiae vel flaminis, & baptismus sanguinis de quibus loquitur hic Magister & glossa super illud Heb. 6. baptismatum doctrina, dicit quod est baptismus aquæ, penitentiae & sanguinis: quia sicut effectus baptismi est mundatio culpe & ablatio peccati, sic per penitentiam & martyrium remittitur culpa & pena simpliciter vel in parte, simpliciter & in martyrio, & in parte & in penitentia, quando susceptionem sacramenti baptismi excludit calus necessitatis non contemptus religionis. Et de martyrio quidem sic, non minus operatur passio Christi ad salutem in eo qui ei conformatur secundum realē susceptionem, quā in eo qui conformatur ei solum secundum figuralem representationem, sed in martyrio suscepto pro Christo martyris cōformatur Christo passo quantum ad realē passionis susceptionem, in baptismis autem solum cōformatur ei quantum ad figuralem representationem, ergo non minus operatur ad salvatorem martyrum, quā baptismus aquæ. De penitentia autem quæ dicitur baptismus flaminis inquantum cor hominis mouetur à spiritu sancto ad credēdum & diligendum Deum & penitendum pro peccatis, similiter patet quod per eam dimittitur culpa, dicente scriptura Sap. 11. dissimilans peccata hominum propter penitentiam. & sic martyrum & penitentia dicuntur baptismata, & sic patet primitus.

7 **Q V A N T U M** ad secundum, scilicet de comparatione ipsorum scendum est quod possunt cōparari quantum ad duo secundum duos effectus baptismi qui sunt liberatio à malo & adeptio boni. Liberatio autem à malo est triplex secundum quod est triplex malum, culpa, pena, & sequela.

8 Quantum ad liberationem à culpa melior est baptismus flaminis & penitentia, quā baptismus fluminis & sanguinis, non quia pleniū tollit culpam, sed quia crebris tollit eam. Poret enim iterari, non autem martyrum, vel baptismi sacramentum. Ex quo potest sic argui, existente morbo iterabilis melius est remedium iterabile, quā nō iterabile, sed morbus peccati saltem actualis est iterabilis, & remedium eius quod est penitentia, seu baptismus flaminis similiter est iterabile, non autem martyrum, vel baptismi aquæ, ergo &c. Ista tamen ratio non videatur concludere de martyrio, quia in martyre post martyrium peccatum non est iterabile, eo quod exiit statim peccandi.

9 Quantum autem ad liberationem à malo peccati, baptismus aquæ melior est, quia perfectior est quā penitentia, eo quod tollit omnem peccatum culpe debitam quod nō facit penitentia. Martyrum vero etiū tollit omnem peccatum, non tamen æqualeiter. Ex quibus potest sic argui, illud remia

**Magistri Durandi de**  
remedium est melius, quod est perfectius, & leuius, sed re-  
spectu mali pœna baptismus fluminis est perfectius reme-  
dium quam baptismus fluminis, est etiam leuius quam mar-  
tyrium, ut patet ex iam dictis, ergo &c.

10 **Quantum ad liberationem à malo sequela pœna**  
let martyrium ceteris duobus, quia post baptismum aquæ  
& penitentia possibile est recidivæ. Sed post martyrium  
non, sed hoc est per accidens, quatenus martyrium facit  
exire de hoc mundo. Si autem compararentur quantitas ad col-  
lationem boni, sic simpliciter dicendum quod martyrium  
alii duobus præminet. Quod patet sic, illud præminet  
in collatione boni, in quo confortur abundantius gratia,  
quaæ est principium meriti, & in quo clarius relucet opus  
maioris meriti, & quod perducit celerius ad donum maio-  
ris premii, sed ista sunt in martyrio respectu aliorum duo  
rum, ergo &c. Minor probatur, quia in martyrio datur  
abundantior gratia, quam in baptismino vel penitentia, si  
martyr eam non habebat, vel augetur amplius si cam-  
pius habebat. Alioquin Deus deficeret in necessariis, quæ  
major gratia fit necessaria ad difficiliorem actum. Gracia  
autem & charitas commenatur, quoniam sicut idem, vel  
inseparabiliter concomitantur se. Ad martyrium autem  
requiritur maxima charitas, dicitur Dominus Ioh. 15. Ma-  
jorem hanc dilectionem nemo habet, &c. ergo requiritur  
major gratia, relucet etiam in eo opus maioris meriti.  
Tum quia de eis est difficultas, quia timor terribilis, vt.  
2. Ethic. tum quia procedit ex maiori charitate, vt sta-  
tim allegatum est, perducit etiam celerius ad donum ma-  
ioris premii, quia per martyrium homo statim euolat,  
non sic autem per baptismum & penitentiam: baptizati  
etiam & penitentes recipiunt solum premium essentiale  
quod dicitur aurea. Martyr vero premium essentiale &  
accidentale, quod dicitur aureola, quare &c. & sic patet  
secundum.

11 **Ex his patet tertium, quod principaliter queritur,**  
scilicet qualiter baptismus fluminis & sanguinis supplet  
vicem baptismi aquæ: quia in illo solo supplet vicem bap-  
tismi fluminis, qui est verus & simpliciter baptismus, in  
quo rationem & nomen baptismi participant. sed baptis-  
mus fluminis & sanguinis non participant nomen & ra-  
tionem baptismi in quantum baptismus est sacramentum,  
sed in quantum habet similem effectum in ablutione cul-  
pæ, & in dimissione pœnae simpliciter vel in parte, vt di-  
ctum fuit, ergo non supplet vicem baptismi quantum ad  
aliquid sacramentale, sed solum quo ad effectus prædictos:  
& quia baptismus est sacramentum necessitatis, ut habeatur  
in voto quo ad omnes, & vt suscipiat in actu quanto  
articulus necessitatis suscepientem non impedit, ideo  
iustificatus baptismus fluminis adhuc tenetur baptizari  
baptismo fluminis, non propter remedium quo non indi-  
get, sed propter præceptum divinum, & vt suppletur in  
eo quod sacramentale est & exterior, & in ritu baptismi,  
& interior in collatione characteris, baptismus enim in-  
stitutus est non solum in remedium persona contra cul-  
pam, sed etiam propter virilitatem publicam distinctionis  
& conformitatem membrorum ecclesie. Vnde Iohannes bap-  
tista quāmis fanfus, dixit Christo Mat. 3. Ego te de-  
beo baptizari. & Cornelius iam iustificato dicit angelus  
Act. 10. de Petri qui eum debebat baptizare, hic dicit tibi  
quid te oporteat facere.

12 **Per hoc patet responsio ad primum argumentum.**

13 **Ad secundum dicendum quod baptismus fluminis**  
non habet locum in parvulis, sed tantum in adultis, plus  
enim valer adulto fides propria quam puer fides aliena:  
vnicuique enim potest valere fides sua per modum meriti  
saltem de congruo, sed fides aliena nunquam sine aliquo  
signo exteriori quod est sacramentum ut nunc est bap-  
tismus, & in lege vereri circuncisio, vel haberet quasi vim  
sacramenti, vt ante legem aliquam exterior protelatio que  
saltem declarabat facientem agere in fide ecclesie, vt dis-  
cendum fuit prius distinctione prima quam ageretur de re,  
medio parvulorum.

14 **Ad tertium dicendum quod martyrium non solum**  
habet efficaciam à charitate patræ, licet illa requiratur  
secundum quod dicit Apostolus, sed ex causa patiendi, &  
ex conformitate ad passionem Christi propter quæ vis-

**Sancto Porciano**  
tus passionis Christi æquè plenè vel plenius communica-  
tur in martyrio, sicut in baptismo.

**Sententia huius distinctionis. V.**  
in generali & speciali.

**P**ost hoc sciendum est. Superius determinauit Magis-  
ter de baptismo secundum se, & per comparationem  
ad suscipientes, hic determinat de eodem per comparatio-  
nem ad ministros coferentes. Et dividitur in duas partes.  
Quia primo determinat de ministris. Secundum de viu &  
solemnitate, distin. 4. Nunc quibus licet baptizare. Prima  
diuiditur in tres. Primum enim ostendit quod possumt à bo-  
nis & à malis dari baptismus. Secundum asfigat ratione.  
Tertium mouet dubium circa potestatem ministrorum, &  
soluit. Secunda ibi, quia ministerium tamen habent. Ter-  
tia ibi, hic queritur quæ sit potestas. Hæc est sententia &  
divisio lectionis in generali.

14 **In** speciali autem sic procedit. Et proponit primò  
quod baptismus à bonis & malis ministris dari potest, &  
æquè datur ab utrisque. Non enim peior baptismus datur à  
malo quam à bono, nec melior à bono quam à malo, nec  
maius, nec minus, sed æquale munus datur in baptismo,  
& à bono & à malo, quia nō est hominis munus, sed Dei;  
& id pluribus autoritatibus confirmatur. Potest dicitur  
huius ratio est, quia baptismus non est eorum, sed  
Christi. Christi enim in baptizando ministerium tamen  
habent potestatem autem Christus reuinuit, vnde non di-  
citur baptismus Petri vel Pauli, sed Christi: potest tamen  
potestatem baptizandi dare hominibus, sed noluit ne tot  
essent baptizati quot homines, & ne homo in hominibus se  
poneret, quod autoritatibus confirmat. Ultimò querit  
que sit illa potestas quæ Christus poruit dare hominibus  
& non dedit. Et respondet Magister secundum quodam  
quod potestas dimittit peccata. Contra quod obicitur  
quod potestas quæ deus dimittit peccatum est idem quod  
Deus, ergo non poruit creatura dare hanc potestatem.  
Item si potestas dimittit peccata potuit & potest com-  
municari creatura, ergo & potestas creandi. Et respondet  
Magister ad prius quod potestas dimittit peccata, quia  
creatura potest dari, est potestas cuiusdam coope-  
rationis, vt sicut creatura cooperatur Deo in exteriori  
mundatione per modum ministerii, ita potest cooperari  
in interiori. Ad secundum respondet quod potestatem  
creandi potest creatura communicare non ita quod est  
per autoritatem, sed per ministerium, quæ tamen opinio  
à modernis non tenuerit. Et in hoc terminatur sententia  
lectionis, &c.

**Q Y A S T I O . P R I M A .**  
Vtrum à malis ministris possit conferri  
verus baptismus.  
Tho. 3. q. 64. ar. 5. C. q. 82. art. 9.

**C**irca distinctionem istam primò queritur de minis-  
tris baptismi. Et secundò de potestate Christi bap-  
tismum institutum. Quantum ad primum, primò querit  
sunt utrum à malis ministris possit conferri verus baptis-  
mus, & secundum utrum peccant baptizando. Ad primum  
sic procedit. Et arguitur quod à malis ministris nō pos-  
sit conferri verus baptismus, quia sicut ad baptismum requi-  
ritur forma & materia, ita & minister. Sed materia inde-  
bet vel forma evacuat sacramentum, ergo similiter mini-  
ster indebitus, sed minister malus est minister indebitus,  
dicente Augustino. Iustos oportet esse tanti iudicis minis-  
trios, igitur &c.

2 Item membrum aridum non participat actionem  
corporis, sed baptizare est quædam actio corporis mystici,  
ergo malus minister quoniam sit membrum aridum istam  
actionem exercere non potest.

3 **C O N T R A .** est quod dicit Augustinus in litera  
non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidum,  
quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: hic est  
qui baptizat.

4 **R E S P O N S I O .** Sciendum est quod disserit homi-  
nem esse bonum hominem bonitate moris, quæ est boni-  
tas simpliciter, de qua communiter loquuntur homines,